



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Annales Ecclesiastici Cæsaris Baronii S. R. E. Card.

[Liber I-VI]

Baronio, Cesare

Romæ, 1636

Ad Lectorem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65044](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65044)

AD LECTOREM.

BARONIVS, quem breuiandum suscepimus, hoc ipso nomine optimè de Christiana Republica meritus videri potest, quòd, Historiam dum texit, Historiæ fines egredi videatur. nuda etenim, ac simplici narratione minimè contentus, multa ex alijs recitat, multa disputat, omnia expendit, obscure retegit, refellit falsa; nihil denique in disquisitionem non reuocat; quo factum est, ut, laudabili alioquin prolixitate, multos à legendo reuocet. quid quòd tot voluminum precium non vulgare à cõmendo non paucos deterret? Hæc multos perpulere, ut opus in Epitomen redigere tenuerint; vnus, quod sciam, Henricus Spondanus ad finem vsque prosequutus fuerit; in quo, quia multi adhuc breuitatem desiderant, prolixitatem nauseant; opera precium nos facturos duximus, si immensi huius Operis summa tantum capita perstringentes, ac veluti delibantes, fastidiosis hisce stomachis

cbis.

his propinauerimus. Quid si Apellis, ac
Prothogenis certamen emulati, postre-
ma, ac tenuissima ductu linea, laudem
qualemcumque nacti fuerimus? Omisi-
mus consilio Authoris Prolegomena, ac
longiorem ad Annales Apparatum:
multa quoque ex ipso opere praeterire
oportuit, quod ad Historia seriem non
aeque pertinerent, ut quae sita tantoperè
breuitati inferuiremus. numerauimus in
margine annos Christi: addidimus re-
rum veluti argumenta, & summariolas
Authorumque nomina, & loca, unde
res petita, quae in opere recensentur, quò
quisque ea, quae nos attigimus, ipsis statim
ex fontibus possit haurire, ac Baronium
ipsum, ut libuerit, & quos diximus,
Auctores adire. Tu Lector equi, boni-
que consule.



EX